Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Co[n]te[n]ta hoc libello Modus confitendi

Andreas <de Escobar>

Argentine, 1507

Quo confessor confitentem confortabit

urn:nbn:de:bsz:31-114204

Visual Library

¶ Primo debet esse dulcis in corrigendo
Secundo prudens in instruendo.
Tertio pius in puniendo
Quarto affabilis in interrogando
Quinto suauis in consulendo.
Sexto sit discretus penitentiam iniungendo;
Septimo sit mutus confitentem audiendo.
Octauo sit benignus in absoluendo. Unde versus

Confessor dulcis. prudens pius affabilisq;
Suauis et discretus mutus sit quoq; benignus.
Hec octo tibi precipiũt iura teneto,

Quomõ confessor docebit cõfitẽtẽ

¶ Primo confessor recipiat benigne et gratiose cõfitentẽ dũ venit. Item faciat confitẽtẽ esse iurta latus suũ. Itẽ dicat q; cõfiteatur vicario chri. Itẽ dicat ei q; signat se signo sancte crucis dicẽdo In nomine patris et filij et spiritussancti. Amen

Quõ cõfessor cõfitentẽ cõfortabit.

¶ Primo ostendet q; chris mortuus fuit p nobis peccatoribus. Item q; ipe est pius et misericors. Itẽ q; sibi indulgebit si confiteat. Item q; sanctus petrus negauit christum. Quomõ sctũs paulus psequebatur christum. Itẽ q; sanctus dauid fecit homicidiũ Itẽ de peccato marie magdalene. Item de canena capta in adulterio. Et tñ isti oes sunt sanctificati qz penituerũt et confessi sunt Itẽ q; melius est detegere peccatũ suũ in hoc mundo vni sacerdoti q̃z coram omibus in alio mundo. et cum hoc ppetuo damnari

Quõ cõfessor ordinat cõfessionem

¶ Primo audiat confessionez generalem. deinde audiat confessionẽ specialẽ. Primo de quinq; sensibus corpis Deinde de septẽ peccatis mortalibus. Item de decẽ preceptis sacre legis. De duodecim articulis fidei. De septẽ sacramẽtis ecclesie. De septem operib⁹ misericordie temporalibus et spũalib⁹. Itẽ de confessione nõ debite fctã Item de penitentijs non debite completis. Item de participãdo cũ excommunicatis

Que sunt cauẽda per cõfessorem.

¶ Primo caueat confessor ne querat de peccatis singulariter. sz in generali. Itẽ nõ querat confessor cũ quo vel cũ qua confitẽs peccauerit. Item caueat ne vituperat confitentem. nec eũ reprhẽdat vlq;